



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Regiones. India. Ex Q. Curt. stylo historico. Descriptio VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

## REGIONES.

## INDIA.

Ex Q. Curt. stylo historico.

## Descriptio. CVII.

*Vide Sicilia descript. a. pud Iustini in iis lib. ubi de mari Scylla Cba. r y b d i. & c. portensu.*

India tota fere spectat orientem, minus in latitudinem, quam in recta regione spatiosa. Quae austrum accipiunt, in alius terrae fastigium excedant, plana sunt caetera. Multis, & inclytis amnibus, Caucaaso monte ortis, placidum per campos iter praebent. Indus gelidior est, quam caeteri: aquas vehit a colore maris haud multum abhorrentes. Ganges omnium ab ortu fluuius eximius, a meridiana regione decurrit, & magnorum montium iuga recto alveo stringit: in eum obiectae rupes inclinant in orientem, utque rubro mari accipitur, & findens ripas, multas arbores cum magna soli parte exorbet: saxis quoque impeditur, quibus crebro reuerberatur. Vbi mollius solum reperit, stagnat, insularumque moerit. Accines cum auget: Ganges in mare decursurum interceptus, magnoque motu uterque colliditur: quippe Ganges asperum os influenti obicit, nec repercussa aqua cedunt. Dyardenes minus celeberrimus auditus est, quia per vltima Indiae currit. Caeterum, non Crocodilos modo, ut Nilus, sed etiam Delphines, ignotasque alijs gentibus bestias alii Etimanthus crebris flexibus subinde curvatus, ab accolis rigantibus carpitur. Ea causa est, cur tenues reliquias, iam sine nomine in mare emittat; multis praeter hos amnibus, tota regio diuiditur: sed ignobilibus, quia non adeo inersuunt. Caeterum, quae propiora sunt mari, austrum maxime deunt; incohibiti montium iugis, ad interiora non penetrant, ita splendens frugibus mites: sed adeo in illa plaga mundus, avaritas temporum vires mutat, ut cum alia feruore solis exaestu, Indiam niues obruant: iustusque ubi caetera rigent, illic intolerandus aestus existat. Mare certe, quo alluitur, ne colore quidem a caeteris abhorret; ab Eritraeo rege inditum est nomen, propter quod ignari rubere mare existimant. Terra lini ferax, inde plerisque sunt vestes, libri arbo-

rum teneri, haud fecus, quam cerae literarum notas capiunt. Aues ad imitandum humanae vocis sonum dociles sunt. Animalia inuisitata caeteris gentibus, huic inuecta. Eadem terra, & Rhinoceros alit, non generat. Elephatorum maior est vis, quam quos in Africa domitant, & viribus magnitudo respondet. Aurum flumina vehunt, quae leni, modicoque lapsu segnes aquas ducunt. Gemmas, margaritasque mare litoribus infundit: neque alia illis maior opulentiae causa est, utique posteaquam vitiorum commercium vulgauerit in exteras gentes. Quippe aestimantur purgamenta astuantis freti pretio, quod libido constituit: ingenia hominum, sicut ubique apud illos quoque locorum situs format.

## BRASILLIA.

Maffaus, in Indica historia.

## Descriptio. CVIII.

EST autem Brasilia noui orbis pars, quam paulo post Capitis accessum, Americus Vespucius Florentinus eiusdem Emmanuelis auspicijs, accuratius explorauit, atque a duobus ab aequatore gradibus, partibusque ad gradus quinque & quadraginta in austrum excurrens, trigoni oblongi speciem refert: cuius basis in aequatorem, ac Septentrionem obuerfa, ab oriente in occidentem recta protenditur. Angulus extremus ignotas ad meridiem regionem attingit: latus in orientem spectans, interposito mari hesperijs Aethiopijs adiacet; alterum latus a Provincia Peruana determinat iuga montium adeo celsa, ut ipsos auium volatus fatigaret dicantur, vno dumtaxat, quod adhuc exploratum sit, eoque difficillimo transitu, regio ferme tota in primis amena est: Coeli admodum iucunda, salubrisque temperies: lenium quippe a mari ventorum commodissimi status matutinos vapores, ac nebulas tempestiue disijciunt, solesque purissimos, ac nitidissimos reddunt. Scars ea tota plaga fontibus, ac syluis, ac amnibus inclytis, e quibus (ut reliquos taceamus), quem argenteum vocant, leucarum quadraginta ostio, in mare fertur, adeo violentus, ut inde nautae dulces